

Libri tres nevorvm Philippi Phinellae / [Filippo Finella].

Contributors

Finella, Filippo, 1584-?

Publication/Creation

Antverpiae : Ex officina Plantiniana apud B. Moretum, [1633?]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/fjz2cv5k>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>




2287/A
m.3.2b N.V. 17/F
FINELLA




Perrist and Heath - Jason Hardened Steel Plate

St J & Mottwood
1859



Thomas South,




45902

LIBRI TRES
NEVORVM
PHILIPPI PHINELLÆ

ANTVERPIÆ

Ex Officina Plantinæ apud Balthus Parvum
Moretum



LIBERI TERRA
NEAORVM
EPIGRAPHICA
MATERIALIA



ILL.^{mo} ET ECC.^{mo} DOMINO
D. FERDINANDO APHAN
DE RIVERA ENRIQUEZ.

Domino Riveræ, Adilantato Maiori An-
dalutiae, Duci Alcalaneum, Marchio-
ni Tariffæ, Moralium Comiti, Magno
Protonotario, atque Commendatori de
Beldis Terræ, & ordinis Alcantaræ,
Camerario Maestatis Catholice, ac
eius Consiliario Status, & Militie,
pro Regi in hoc Regno Neapolitano, &
in Sicilia Locumtenenti. F.

Apidem quemdam depictū
coloribus in Hijenæ ocu-
lis naturales omnes pro-
creari aiunt, qui sub ho-
minum lingua latus, efficit futura va-
ticipari. Nunc (mea sententia) Inui-
ctis. Eccellentiæ Vestræ oculo, cū alijs
multiplicibus maioribusque virtutibus

bene potero cōparare, quoniam ex qua-
cumq; mouetur parte, scientias, ac do-
ctrinas ex omnium oribus scatere co-
git. Quod vt pateat, totus terrarum or-
bis apertum dilucidat , confitendo Ex-
cellentiam vestram inter philosophos
Principem , ac inter Principem philo-
sophum esse ; Vnde si semel homo in
eius oculis, vti in speculo se intueretur,
aperte legis decus, regēdi Maiestatem,
ac veros militiæ ordines conspiceret ;
Itaque si sola eius aspectio tot bonorum
effectuum producens est, quid postea
de eius armoniaca eloquione ? cum
certus sim , eius oculos alijs oculis oc-
currentes (ob virtutes quæ secum in-
cluduntur) legem, Maiestatem, ac mi-
litares propagare honores ; immo eo-
dem tempore accendunt , inflammant
atque internissimas cogitationes exci-
tant, quas homo in eius mente vñquam
abcondere queit . Quare audius ego ,

orud

e

ege-

egenulquæ simul talibus aspectibus ob
detractorum defensam huius mei Ne-
uorum opusculi, quod affectu olo corde
Ecclentiæ Vestræ dico, atque consa-
cro, humili ter oro, talem ei largiri gra-
tiam, ut à potenti, maiestolo que eorum
reflexu, munitum, & custoditum à ma-
lis iaculis illesum existat. Capiat ergo
ob eius magnitudinem humilem hunc
laborem, nec paruum munus aspiciat,
animum quippe magnum quo ei de-
uote offero, è Celo in aiores exaltatio-
nem præcans. Neapoli xij. Kalendæ
Iulij. M. DC. XXXII.


*Humillimus, ac deuotissimus Excel-
lentiæ Tuæ seruus.*


Philippus Phicella,

Admodum Reuerendi
D. Lucę Palumbi Piacētini,
Canonici Minorensis.

EPIGRAMMA.


Heroū Splendor, nostri laus unica mūdi,
Immortale decus, Regis & unus amor
En tibi, non volucrū linguas, non omina pēnae
Vaniloq; At Nēuis quid sibi quisq; velit;
Diuinum diuina decent: Diuinus an te
Quis sapit in terris? quis melius videt?
Suscipe: nam tanto sub Principe, & omne tāto,
Liber ab inuidia transiet astra liber.





STV

STUDIOSO LECTORI



Hisonomica, & Metroscopica
experimenta multi progr^{ssu}
temporis, continuis à nobis lu-
cubrationibus, & obserua-
tionibus facta, ad Neu-
rum quoque in facie humana,
ac reliqua persona apparen-
tium, naturam pertractandam animum fecere;
Quorum onus planè dignum (licet difficile la-
boriosum uè) eò magis sumus libenter aggressi,
quo speramus ab illo laudabile aliqua atque
bonum profectum fore haurienam. Et ut
tām grande opus ea qua decet laude, ad suum
optimum reducatur finem, tribus modis ex-
am, nēdūm in paucis verūm, & in infinitis
propemodum personis, triginta annorum spa-
tio fecimus obseruationem; Phisonomia, scilicet
Metroscopia, ac earum comprobatione genitu-
rarum: idque ut illorum originem haberemus,
& rationem calleremus, quibus possessis, decre-
uimus superioribus annis de eis facere colle-
ctorēn (nam diuersimode erant dispersi) & cē-
tenium in h. ic nostra parte prima, per ordinem
breuitate possibili collocatum, mundo modo ex-
ponimus; ut (quemadmodum diximus) fructū
aliquem quis percipere queat. Qui ordo, à fron-
te, uti faciet, & totius reliqui corporis parte
principali, & à prima linea planetaria, quæ lu-



netri-

na tribuitur, inchoat tribus situationibus, in dextra parte altera altera in sinistra, tertia verò in medio. Deinde in secunda, quæ Mercurij est sequitur linea; In tertia postea Veneris; In quarta Solis, In quinta Martis; In sexta Iouis, ac demum in septima Saturni, tribus ipsis precedentibus situationibus in earum qualibet. Et deinceps in alijs faciet, & persona locis, ut in sequentibus figuris clare prospicitur, quas ut laborem vitaremus, ac maiorem curiosis lectoribus facilitatem concederemus, excudi curauimus; In quibus spectantes se mulier siue puer, eorum etiam prorsus efficientur capaces significatum. Animaduertendum tamen est, illos prosequi linearum neuos, qui inter utramq; lineam sunt, incipiendo à superiori parte, quæ Saturno defertur, & ad lunarem usq; gradatim descendendo, quod est cōtra de lineis seruatum. Nam qui neui intra lineas sunt ascendendo, ut diximus, & qui inter alterutram descendendo significandi sunt, & hoc haud dissonum à ratione. Et quoniam secundum Metroscoporum cōmunem, sunt septem in fronte Planetæ situati, non est ob id necesse, cui frōs addicatur, probare. Finitis tamē neuis frōtis, sequuntur illi dexteri oculi, qui soli adscituri, & propterea secundum experientiam, & prædominantis planetæ naturam, significabuntur. Postea veniunt neui oculi sinistri lunæ præscripti, metipso observationis modo. Postmodū perguntares cum suis neuis, quarum cū Saturno sit dextra annotata, Mar-

tique

tiq; sinistra, dicetur quod à nobis fuit eo tempore
obseruatū. Mox succedit nasus suos habens ne-
uos in principio, medio, & fine, quorum dextræ
& sinistræ significatus, erunt quiq; sui prædomi
mantis, quamuis Veneri solum associetur Super
ciliorum quoq; neui subsequuntur, dextrum soli
& lunæ sinistrum tribuendo. Gena dextra cum
suis neuis datur Ioui sinistra Veneri, quos in
tres tantum partes diuisimus in hac prima par-
te, in secunda verò reliquum omnium significa-
tuum ad summum narrabimus. Procedunt etiā
maxillæ ex quibus dextra Ioui Veneri sinistra
inferuntur. Aduenit & os, cuius situatio Mer-
curij est, tūm pars dextra, tūm sinistra, tumuè
medium. Neui apparentes in dextra mēti sunt
Solis, in sinistra Martis, in medio autem simul
utriusq; Ultimi sunt collo præsidentes quod Ve-
neris absoluta situatio est, eiq; dextra, sinistras
& medium deferūtur. Cæteri vero neui per per-
sonā oriētes, illi planetæ equiparantur in cuiu-
loco situati sunt. Exempli gratia. Neui pecto-
ris, & brachiorum Mercurio dantur respectu
Gemellorum. Neui stomaci, lunæ respectu Cā-
cri. Neui Costarum, Soli, respectu Leonis. Neui
circa ventrem Mercurio, respectu Virginis Ne-
ui circa lūbos, Veneri, respectu Librae. Neui cir-
ca verenda seu genitalia Marti, respectu Scor-
pionis. Neui Coxarū Ioui, respectu Sagittarij,
Neui circa Genua Saturno, respectu Capricor-
ni. Neui circa crura ipsi Saturno, respectu A-
quarij. Neui deniq; pedum Ioui, respectu signi

Piscis. Est enim evidens, ac obseruatione certissimum, tales neuos sic patentes, à stellis fixis, quæ in Zodiaco sunt siue bona, siue male, deriuare: ad cuius ut perueniremus cognitionem, plus solito inuigilauimus. Verumtamen cū in aliquo Plures simul neuī eliciētur, id ex plurium imaginum in illius genituram profilire concursu non lateat; cuius rei scientiam ex Zodiaci graduum tercentum: xaginta in ascidente, non parvo nostro sudore, ac vigilijs æditi compositione traximus; Qui labor nimirū honorificus verū lumen atque plenā illorū nobis significatū detulit, rationē. (At nunc ad maiorū rerum intelligentiam veniēdi studio, actus sumus decima struendæ gratia, quæ medium cælum est, nec minus utilis, & curiosa, quam ipse horoscopus, ex quo munera, dignitates, & exaltationes afferat.) Etenim sicuti luna suo nobis obtendit opacitate, iubare quæ fixæ quæve errantes stellæ sint, ita nostri gradus Zodiaci in qua sint parte neuī collocati, certos nos efficiunt: & istius modi obtenta situationis certitudine, fuit nobis facilissimum, & eorum describere qualitatem, & ē, quos inuebunt significatibus sui naturā dignoscere predominantis. Vnde termino, quo huic ratione congruit professioni, quatuor tantum principaliū non mediocri fecimus breuitate congeriem, videlicet situationis, significatus, nature, & stellæ eius: Per quæ ad plenum capessitur totius desiderata veritas. Hosq; neuos alij lunares vocant, quod à stellarum imaginibus scaturiantur, quibus

quibus uti multum nemp̄ refert, cūm quod calculis pertingere nequimus, ipsi elucidet. Et quā quam suis interdum indicationibus terrorē aliquem inferre videantur. Respondetur stellas tantummodo indicare, non cogere posse. Porrō si alius diceret ipsas nobis vaticinari bonum sive malum; Replicatur intantū posse illas suas in hominem dirigere vires, in quantum homo suo libero velle eis assentit operatione, & quod magis in hoc stellæ possunt, est naturam suamq; qualitatē homini communicare, sed qui motus liber est minimē cogere, nec vim à cœlestibus recepit corporibus, ni prius ex se flectatur, cadatq; in illud. Exemplum, stella cum calida sit & sicca natura (quod nostro figmento est valde contrarium) libenter indicat illum bili iraque subditum, nec facile à ratione dirigi, & cūm calidū ita sit in suo corpore immissum, reddit sic cum adustum, colore squallido, naso breui, auri bus paruis, vultu informi, turbatis oculis, ore grandi, barba tenui, cruribus neruosis, ac voce magna, & sic male compositus, & indecens, fando alteratur, alteratus verò similis est brutis, q; discursum abnuat, & rationem. Cur ergo stellæ culpant, cūm ipse insanitus mactet, furetur, nec Dei contemptum, neuē naturæ legem mēte perueluat, & propterea suspensus interciatis? Id profectò non stellæ, sed scelera eius causarunt. Prezerea si stellæ (ut nonnulli adstruunt) hanc haberent vim, quo tempore sunt in Cœlo essent in se extincta. Nām diu non valet homicida

durare

aurare natura: At quia nulla est eis vis, præsum
tim in hominem, dicamus hominē sua propria
delinquere voluntate, non vi necessitate stellarum.
Exinde nostrum exemplum non erit super-
uacaneum, immo verius cum hæc signorum ge-
nera perspiciantur, plus solito in uigilantia erit
hominis, illis præcipue rebus, ad quas prior e-
ius natura erit, ut libere edicere queat, ingenio
suo à malignis se stellarum influxibus reddi-
diffe cautum; nec quod bonum inaident, non pro-
pterea debent se nō commendare Deo primæ cau-
sæ totius, mox suis honis operibus; quoniam ho-
mines, ut plurimum perspeximus à suis dignita-
tibus amotos, & id ascribere stellis, quod stultiū
sanè est, dum propria scelerata illud promeruere.
Vndè operæ est, nè ad hoc perueniatur malum.
ut diuinorum, humanorumque seculator quisq; sit
præceptorum: & ita libere sua fruetur exalta-
tione, & effugiet depressionem. Itaq; concluden-
do dicamus, non aliud quā à stellis fixis neuos
emanare, quæ in legalibus, vel cum aliquo ex
planetis esse solent, declarates significatus, quos
ipsæ deferunt, à nobis non autem mari certos; sed
simplices quas indicant, insinuandi causa incli-
nationes; Posteaquā defuturis contingentibus nō
est determinata veritas, nec diffinire, aut iudi-
care ipsarum stellarum, neq; hominis est, sed Dei
solius, nobis interdum aliquod permittetis euc-
nire malum, & ab illo scientis cum nostro ma-
iori prouentu haurire bonum. Ad nostrū igitur
reuertamur cōceptū sermonem, & dicamus an-

maduer-

maduerti principaliter significare neuos in suis proprijs situationibus, illos summatim locis in gena. & maxilla dextra, ac Mercuriales circa os, quia hæ nostræ experientiæ in iantum aliquid offerunt oblectationis, temporis traducendi gratia insificantando, in quantum loci situatio habeatur eò magis, cùm in hac nostra parte prima illos solummodo neuos posuerimus simplicius in vultu apparètes. & ut tyronibus, & curiosis id uti volentibus facilitaremus viā & auferre quam possent confusionem gignere in una tantum facie bisectionem videndo situationes. Quamobrem amicorum consilio in duas diuisimus partes securos nos reddentes, faciliter fore, illum secundam intelligere, benè huic primæ operam nauaturum. & particulatim diuisionem situationum membrorum faciei; Qui labor quæuè obseruatio talis est, ut illorum quos vult homo significare neuorum statim valeat habere notitiam. Insuper non ignoretur maiorem vim habere neuorum significatus, qui sunt ex parte dextra, eorum die nascentium, minore vero qui sunt ex parte sinistra; contrarium autem intelligitur noctu nascentium, hoc est, neutrī sinistri maiorem, minorem dextri vim teneare, & regula hæc infallibilis est, ac inviolabile monumentum; Præterea, scire qui die sit natus quiue nocte, ab aurum aetitudine (de quo satis in nostra Naturali Phisonomia diximus) & à manu ite phisonomia clare colligi quis queit, ac propterea non est quid in hac reiterandum.

Non

Non lateat quoq; partem dexteram in homine
totam esse rectam, & à Sole prædominatam, à
Luna verò sinistram, cui bona præsit considera-
tio: Et nota nativitatum scientia, quæ die quæ-
ue noctù siet, animaduertimus non illicò dispa-
lescere significatus, præcipue malos. Verumta-
men prudenter intrare sermonē, & sicuti perso-
na erit siue nobilis siue plebea, ita i. li suadere,
vel dissuadere, desistere, vel prosequi actiones,
quæ fugienda, vel amplectenda erunt, iuxta in-
dicationē neuorum quos ipse tenebit. Verbi gra-
tia. Si neus indicabit, illum hominem, qui talē
habebit neum, esse homicidium commissurum,
& ob id fore suspendendum, non confessim pro-
palabis ei, suspenderis, aut capite truncaberis,
quod cùm sit contra Sacros Canones, illum de-
sperationi fermè committes; At potius enuncia-
bis lenis verbis nō omnibus arma conuenire, &
proinde optimè sanè foret illa deponere nē defe-
rens, sint alīcuius causa homicidij, cuius pœna
(secundum legem) erit patibulum; & sic simili-
bus, alijsq; quas hominis prudentia subministra-
bit, rationibus, insinuare, quod Neus indicat,
& non concutere personam desperatione, immo
potius ad bonum disponere, & ab illo deuiare di-
scrimine, & quod de homicide, hoc & de aliorū
dicimus significatibus, qui quippe (te bunc signifi-
candi mox seruante) assertui non erunt nec
certi, & unicuiq; satisfacies, Sed super omnia
Deus, cuius S.R.E. nos prorjus subyicimur.

LIBERI NEVORVM.

De Neuis in frontis lineis apparentibus.
Cap. I.




F I G V R A. I.

HOMINI siue mulieri, in prima Frontis linea Lu-
næ situazione ex parte dextra neuum haben-
tibus, ut in superiori prima figura videtur, scelicitas
tem in coniugijs, bonamque fortunam significat;
neuuus iste est Iouis Martisque natura, Cani maioris
primæ magnitudinis stellæ ascribitur.

omoni

A D,

2 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.




FIGVRA. II.

CVm homo, vel mulier in ipsamet frontis linea
Lunæque situatione ex parte sinistra neuum
hauserint, veluti in ipsa inspicitur figura, infausta
connubia contrahent, adulteria committent, & à
Martilibus, & Saturninis damna patientur: hinc
neuus est Mercurij, & Martis natura Cani minori
stellæ primæ magnitudinis adscitur.

Homo

LIBER I. NEVORVM. 3



FIGVRA. III.

Homo, aut mulier in frontis medio, & in me-
dio Lunæ lineæ neuum gestantes sicut ex ter-
tia coniçitur figura in longis itineribus, mercibus
que peragendis fortuna secunda fruentur, neuus ve-
rò est Martis natura, capiti antecedenti gemini, &
& secundæ magnitudinis datur.

4 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.



FIGVRA IV.

Vir siue mulier, cum in dextra frontis parte, in secunda quæ Mercurij est linea neuo polluet rint, vt in quarta annotatur figura, in omni eruncium genere, ac in longis extra patriam itineribus scelices; nevus hic est Mercurij Iouisque natura; Capræ tribuitur, steilæ primæ magnitudinis.

Cum

1600




FIGURA V.

Cum homo, vel foemina in ipsa Mercurij linea ex parte sinistra frontis neuum tenuerint, ve-lut in quinta ostentatur figura, tam in longis fient itineribus, quam negotijs omnibus, & mercaturis insusti: iste neuuus est Martis, Mercurijque natura, sinistrum Orionis humerum stellæ secundæ magnitudinis amplectitur.

A 3 Vir



FIGVRA. V I.

Vir, & mulier quando in medio Frontis in ipsa Mercurij linea neuum portabunt, vti sexta figura exprimit, magni eos esse ingenij spondet magnaue fortunæ bona, negotiorum industriaque, causa acquirent: nevus hic, Martis, & Mercurij natura est, oculo Tauri stellæ primæ magnitudinis astruitur.

Homo

LIBER I. NEVORVM.

72

De Veneris situatione.



FIGURA V.II.

Homo, vel mulier cum ex dextra parte frōis in
tertia linea, quæ Veneris situatio est, neum
capesserint, quemadmodū ipsa septima delegat figu
ra, amicitiæ matrimoniorumq; causa saustorum for
tunati fient: mulierem, præterea nobilem viro in cō
iugem, virumq; nobile mulieri indicat, iste nevis Sa
turni est Venerisq; natura, stellæ Cassiopeæ pectoris
stellæ tertiaz magn. infertur.

A 4 He-

87 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.



FIGVRA. VII I.

Homo, aut mulier nevum in sinistra parte frontis in ipsa Veneris linea petientes, ut ipsa expandet figura, cunctis in negotijs, & actionibus infortunatos, ac inimicitias, & carceres multis cum discriminum generibus eos passuros profendit, Martis Lunaque natura est h[ic]c nevus, pleiadibus quinque magnitudinis stellæ accommodatur.

Homo



F. I G V R A . I X.

Homo, vel Fœmina, cùm in ipsius medio tertię
lineæ Veneris neuum possederint, vt ex nona
dispicitur figura, longam utique vitam pollicetur,
spondetque ex mortuis hæreditatem. is neuus est
natura Saturni, & Veneris; Præsepsa stellæ secundæ
magnitudinis apponitur, sive in aliis non raro
modicis distinguisetur, cumq; illis


Cum

De Solis situatione.

FIGVRA. X.

CVm homo, seu fœmina in dextra parte frontis
in quarta linea, quæ Solis est situatio neuum
obtinuerint, veluti ipsa decima lucifical figura, Prin-
cipibus Dominisq; allubescent, ac munera dignita-
tes, magnosue fortunæ prouentus eis promittit. hic
neuus est Iouis, & Martis natura est, Cordi Leonis
stellæ primæ magnitudinis subditur.

CHAP. XI.



FIGVRA. XI.

Vir, seu mulier neuum in sinistra parte frōris in ipsa quarta Solis linea subeantes, vti. 11. declamat figura, ab eorū (si quæ erunt) dignitatibus, & officijs pellentur, homini præsertim carcere ærūnafq; prægrandes à Principibus, & Dominis minitati, mulieri verò bonorum honorisq; iacturam non paucis tribulationibus. nevus hic est Martis, & Lunæ natu-
ra, Præsepi stellæ nubilosæ tertiaz magn. addicetur.




FIG. & R. X. X. III.


Homo, sive mulier in medio Frontis linea Solis
nebu exulti, ut ipsi insculpat figura; scelentes
declarantur, homo signanter in conducendis
Terris, vassall's dominando, prædiaq; cultiuando,
mulier aut' bonam in cunctis, ac principale fortunā
habendo: iste nevus Saturni, & Veneris natura est lu-
cidæ hydræ secundæ magnitudinis stellæ innititur.

(Homo)

De Martis situatione.

FIGVRA. XIII.

Homo, vel fœmina in dextra frontis parte in linea quinta situatione Martis neuū carpentes, velut 13. definit figura, scilicet in cōtrahēdis matrimonijs forte fruētur; homo in militia magnopere fortunabitur, & fœmina sortunæ bōnorū, ac ex mortuis legatérū non mediocrē faciet sui causa ingenij adeptiōnem. Neuus iste est Louis, & Veneris natura, lucidæ fluminis stellæ 1. magnitudinis censetur.



FIGVRA. X I V.

Homo, vel Fœmina cùm in parte sinistra frontis in linea situationis Martis à nevo fuerint occupati, vti 14. deuelat figura, miserias præfigurat, homo proditorum homicidiū patrando, & mulier sua erit mala conditione causa illius . neuus natura est Saturnina stellæ, stellæ suppotatur, quæ ceti ventus dicitur, stellæ tertiaræ magnitudinis.

Homo



FIGURA X V.

Homo, aut mulier cùm in medio linea^e situatio-
nis Martis in frōte neuum traxerint, sicut 15
detegit figura, cunctis in rebus, prosperam sortien-
tur fortunam, homo circa munera, officia, ac digni-
tates, mulier verò fœlicibus in matrimonij, multis
cū fortunæ bonis. hic neuus est natura Louis, & Mar-
tis, Umbellico equi alati stellæ secundæ magni con-
numeratur.

Qnan-



De Iouis situatione.



FIGVRA XVI.

Qvando in hominis, vel mulieris frontis dextera parte, in linea Iouis situatione neuus exiet, quemadmodum 16. clarescit figura, principalem ex hereditate fortunam, & Ecclesiæ substantiam prædictit neuus est Martis Iouisque natura, Scorpionis cordi stellæ secundæ magnitudinis enumeratur.

Cum




FIGVR A X V I I.

CVm homo vel mulier neuum in fronte in ipsius
medio lineaे situationis Iouis fuerint experti, ve-
lut 17. euergit figura, impios ac fraudolentes eos fo-
re interminat; hominem homicidium aliquod,
mulierem omne scelerum genus perpetratus. hic
neuus est Martis, & Mercurij natura, Scorpionis
caudæ hellæ tertiaz megn. traditur.

B

Homi;

663



F I G V R A X V I I I .

H O m i n i s u e m u l i e r i n e u u m i n f r o n t e v e h e n -
t i b u s i n i p s i u s l i n e æ l o u i s m e d i o , v t i p s a 17.
e n u c l e a t f i g u r a , b o n a m , & a m p l a m f o r t u n a m c u m
d i u i t i a r u m c o p i a m u l t a c e l e b r a t ; h i c n e u u s e s t n a -
t u r a M a r t i s , & M e r c u r i j , H e r c u l i s e l l æ t e r t i æ m a -
g n i t u d i n i s a f f i m a t u r .

Homo


De Saturni situatione.

FIGURA XIX.

Homo, vel mulier protrahentes neuum in dextra parte frontis in linea Saturni situatione, sicut figura 19. edisserit, maxima opum affluentia potentur, ac ex mortuis hæreditatem capient, diuitiasque amplius inexpectatas. neuuus hic Veneris, & Mercurij natura est, liræ stellæ primæ magnitudinis adsciscitur.

20 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.




FIGVRA X X.

Quando homo, vel mulier in sinistra parte frontis in metipsa Saturni linea nevo opprimentur veluti 20. aperit figura, in fortunia, excidia, carceres quoque perpetuos, multa ve acerbitatum genera edicit eis, homini praeципue exilia, mulieri vero curas, & ægestates, iste nevus est natura Saturni, Iouis, & Mercurij, Capricorni caudæ tertiaræ magnæ stellæ a Ripulatur.

Ho-

figura



FIGVRA XXXI.

Homini, vel mulieri in quorum fronte in media linea Saturni neuus orietur, sicuti in 21. percipitur figura, bona fortunæ ex terrarum cultu ratione, ac facultates eorum causa ingenij denotat. neuus Martis, Iouisque natura est, Aquilæ volanti stellæ secundæ magn. adjudicatur.

ANNOTATIO.

Ob illius maiorem intelligentiam, quod de prænotatis hucusque Neuis prolatum est, non ignoretur eorum significaciones, & cum stellis fixis correspondentiam instantum sortiri, in quantum circa modum quo in tribus illis linearum septem Planatarum locis principalibus situati sunt, considerabuntur (hoc est) in dextra in medio, & in sinistra parte frontis, & propriè intus ipsas lineas, velut in præcedentibus clarè monstratur figuris; & quod de his, hoc & de sequentibus inquimus.



De

LIBER I. NEVORVM. 23

*De neuis in dextera parte frontibus extra
septem lineas principales manantibus.*

Cap. I I.



FIGVRA XXXI.

Homo, seu mulier cum neuum in parte dextra frontis inter situationem, Iouis & Saturni detinuerint, vti 22. explanat figura, ad luxuriam summopere pro clives destinantur, illique actui valde dediti, cuius neui natura Veneris est, & Martis, cauditæ Cigni stellæ secundæ magnitudinis aptatur.

B 4 Fi-



FIGVRA XXXI.

Homo, vel mulier quando in parte dextra frontis neuum retinebunt inter Martis, Iouisq; linneam, itaut ullam earum tangat, quemadmodū 23. explicat figura, hona abdita, res vē non pensata, ac in iannorum maturitate hæreditatem assequuturi perhibentur. hic neius Veneris, Mercurij, & Martis natura est, auultori cadenti stellæ magn. sistitur.

Virum






FIGURA XXXIV.

Virum, ac mulierem neuo in dextra parte frontis, inter lineam Solis, & Martis nullam earum tangente, vt in figura patet 24. ornatos, à Principibus, & Magnatis valdè amari facit, diuitijs quoq; secundauè foriuna ex mercaturis in itineribus longis affluere. iste neuus est natura Veneris, & Mercurij, Coronæ lucidæ secundæ magn. stellæ presentiatur.

Hominis



F I G V R A X X V.

H Omini, siue mulieri cum in ipsorum dextra parte frontis inter Veneris, & Solis lineas neuus apparebit eas non percutiens, sicut in 25. constat figura, bonam, ac principalem in negotijs subministrabit fortunam, atque cunctis in eorum actionibus felicitatem cum substantijs, honoribus, & hereditatis. Hic neuus est natura Iouis, & Martis, cordi Leonis stellæ primæ magn. destinatur.

Cum

CS 501 16039



FIGURA XXVI.

CVM neuus in fronte hominis, sive mulieris ex parte dextra, inter Mercurij, & Veneris lineas fuerit exortus, velut in 26. excipitur figura, scilicet in connubijs fortunatosque praedicit, liberos quippe elegantes fausta fortuna praeditos concedit. hic neus est Veneris, Mercurij, & Louis natura, Spica virginis stellæ primæ magnitudinis collocatur.

Cum



FIGVRA XXVII.

CVm homini, vel mulieri in eorū fronte ex parte dextra inter Mercurij, & Lunæ lineas neuus micauerit, vti in 27, splendescit figura, longam incolumemq; vitam, ac prosperam fortunam, ingenium quoque & industrias cum diuitiarum incremento deputat. hic neuus est natura Veneris, & Mercurij, fundo yasis stellæ quartæ magni associatur.

Homo



F. I. G V R A X X V I I .

Homo, aut mulier cum neuo fuerint in dextra parte frontis, inter supercilium, & Lunæ lineā insigniti, sicuti 28. enodat figura, bonos ac iustos sequentur quæstus, & cum extraneis magis quā cū patricijs fortunabuntur, lucraq; maiora extra patriā quam in patriā facient. hic nevus est natura Iouis, & Martis, cani maiori Nellæ primæ magn. copulatur,

omoH

Homo

30 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.

De Neuis in sinistra parte frontis nascentibus. Cap. III.



FIGVRA XXXIX.

Homo, vel mulier quorum in fronte, & parte si-
nistra inter lineam, & situationem Iouis, & Sa-
turni erip patens neuus, veluti 29. instruit figura, in
omnibus quibus se admiscent negotijs, & præcipue
licitibus insauiti mercantur, ac in mercaturis infeli-
cissimi. hic neuus est natura Veneris, & Martis, cau-
dæ Cigni Rella secundæ magn. comparatur.

Homo





FIGURA XXX.

Homo, vel mulier cum fuerint nevo depresso ex parte sinistra frontis inter lineas Martis, & Iouis, quemadmodum 30. elucidat figura, ad lites magnasq; persecutiones se pronos esse sciant, ac contentionibus, & odijs nonnunquam vallatos, & præsertim inter se ipsos coniuges; nec leuem corporis experietur læsionem, mulier signanter ægritudines, adulteria, & enormia, hic nevus est natura Saturni, & Martis, serpentarij capiti stellæ tertiae magn. inscribitur.


Quando



FIGVFA XXXI.

QVando in hominis, vel mulieris sinistra parte
frōtis inter Solis Martisque situationem nenus
enascitur, vt 31. eliminat figura, ad inimicitias,
calamitates, & lites paratos eos deputat, homini ali-
quod tribuit morbum testicolo, mulieri duos exhi-
bet viros, ac adulteram efficit, iste neuus Saturni, &
Veneris natura est, sinistre Serpentarij palmæ stellæ
quartæ magn committitur.


Cum



FIGVFA XXXII.

C Vm homo, vel mulier fuerint in frontis parte si-
nistra inter Solis, & Veneris lineas neuo one-
rati, sicut 32. exponit figura, infauisti, ac breui vita
erunt, dominosq; sibi infensos excitant. hic neuus
est natura Martis, Vrsæ maioris stellæ secundæ ma-
gnitudinis proscribitur dorso.


C Homi;



FIGVFA XXXIII.

Homini siue sc̄eminiꝝ, quando inter Mercurij,
Venerisq; lineas ex parte sinistra frontis neuus
erit, vclut 33.elicit figura, calamitosi luxuriꝝ causa
fient, carceribus, ac tribulationibus homo non care
bit,nec mulier infirmitate,& inopia neuus est natu
ra Saturni,& Martis,dextræ Corbi stellæ tertie ma
gnitudinis donatur.



Homiz



FIGVR A XXXIV.

Homini, vel mulieri in sinistra frōti s inter Mercurij, & Lunæ lineas neuum subportanti, vt in 34. circumspicitur figura, ærūnas carceresq; delineat, præterea ad falsitates hominem diuersimodè patrandas, mulierem itidem ad similitates, & adulteria alectit. neuus est natura Martis, extremitati caudæ vrsæ stellæ secundæ magn. præscribitur.

C 2 Homo



F I G V R A X X X V:

Homo, siue mulier, in sinistra frontis inter supercilium, & Lunæ lineam neuo offendit, veluti 35. offendit figura, petulantiae, ac libidini subduntur, & paupertati in senectute, atque miseriae: neus est natura Martis, capiti sequenti, Gemini stellæ secundæ magnæ equiparatur.

DE

192 PHILIPPE DE MONTLUC

D'AVRILLE, COMTE DES VALLAIS, SEULS SEINS
PARIS, LIBRAIRIE DE LA COURONNE, 1750.

De Neuis in medio frontis
manantibus, in secunda
noſt ra, quam lucubra-
bimus parte, age-
mus.


XXXVII

zur Zeit der Revolution. Oft ist
die Tinte so stark verblasst, dass sie
nicht mehr gelesen werden kann. Ein
großer Teil der handschriftlichen Notizen
ist ebenfalls verblasst und schwer
lesbar. Einige wenige Zeichen sind
noch gut erhalten.

Homo

38 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.

*De Neuis , circa dextrum oculum Soli attri-
butum scaturientibus . Cap. IV.*



FIGVRA XXXVI.

Homo, vel mulier, cū in ipsius oculi parte dex-
tra Neuo fuerit decoratus, siue 36. communi-
car figura, fœlicia vtrisque præstat coniugia, homi-
nem insuper in mercibus, cunctisque negotijs fau-
rum facit. neuus est natura Iouis , & Martis cordi
Leonis stellæ primæ magn. adæquatetur.

Homo

16.39.16.39





FIGURA XXXVII.

Homo, vel fœmina quando in medio ex inferiori parte oculi dextri neuo venustabitur quemadmodum in ipsa 37. excuditur figura, bona saufaque eis obtendit connubia, at non semper ipsa fortuna durabit. Neuus Saturni est, & Veneris natura, lucidæ hydræ exequitur stellæ secundæ magnitudinis.



F I G V R A X X X V I I I .


Homini siue mulieri, in oculo dextro ex inferiore parte erga nasum neuo praediti, ut 38. effert figura, fortem prosperam, bonaue lucra industriæ causa designat: neuus sic in hac ipsa parte, geminas viro uxores, geminosq; mulieri indulget maritos. præterea in mercibus homini, mulieriq; bonorum ex matrimonij cumulum censet. neuus ipsius est superioris planetæ, & stellæ natura.

Homo

LIBER I. NEVORVM.

41

*De Nevis in sinistro oculo Lunæ illato,
exeuntis. Cap. V.*




FIGVR A XXXIX.

Homo, aut mulier, in sinistro oculo erga tempora neuo affecti, sicut 39. promit figura, furtis, indecentijs, & enormibus concitantur; hominem homicidijs ac turpi, violentique neci, mulierem adulterijs breuiq; vite deditos, nevus est natura Martis capiti sequenti Gemini stellæ secundæ magnitudinis demandatur.

OMO H

Homo



FIGVRA XXXX.

Homo, vel mulier quādo in ipsius oculi sinistri medio ex inferiori parte ferietur nevo, velut 40. offert figura, quamplurimis subijcietur discriminibus, iaculisque petetur; mulier præcipue exitia, variasque calamitates degustabit. Neius Mercurij, Martisque natura est, cani minori steliæ pri-
mæ magn. libratur,

Homo

ΕΘΝΑΙ ΕΘΝΑΙ




FIGVRA XXXXI.

Homo, siue mulier, ex inferiori parte sinistri oculi erga nasum neuo afflitti; uti 41. propalat figura veneficijs subitoque leto constituuntur. Nenus est natura Saturni, & Mercurij, Canopo remi australis argonauis stellæ primæ magnitudinis deditur.

Homi

44 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.

*De Neuis ex parte superiori oculi dextri Soli
attributi orium babentibus. Cap. VI.*



FIGVRA XXXXII.

Homini, aut mulieri in qualibet superiori parte oculi dextri, neuo honestatis, veluti ex 42. colligitur figura, locuples eorum in cunctis excitatur fortuna negotijs. ij neui Iouis, Martisque natura sunt, cordi Leonis stellæ primæ magnitudinis præficiuntur.

linoH

De

LIBER I. NEVORVM.

45

*De Nevis in superiori sinistri oculi parte Lu-
na addicti emanantibus. Cap. VII.*




FIGURA XXXIII.

Quando homo, vel mulier in qualibet superio-
ri sinistri oculi parte nevo angentur, sicuti 43.
proponit figura, cruentas decernuntur habe-
re cruras, ac modicæ in cunctis eorum esse fortu-
næ negotijs, multis cum infortunijs. tres isti nevi
sunt natura Martis, nec quidquam boni faciunt. Et
Herculi stellæ 3. magnit. tribuitur.

Homo

46 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.


De Neuis, in aure dextra à Saturno prædominata, orientibus. Cap. VIII.



FIGVRA XXXXIV.

Homo, siue mulier in medio dextre auris neuo
hanxijs, que ad modum ipsa 44. reuelat figura, pro-
ditoriū iudicatur perficere homicidiū, ac eorū nu-
tu id psum ab alijs committendum: preterea prauis
homo pessimisq; indicitur qualitatibus mulier verò
dedecore, & infamia. neuus est Veneris Martisq; na-
tura, caudę Cygni secundę magn. coniungitur.


Quando



FIGVR A XXXX V.

Quando in Superiori dextræ auris parte hominis, vel mulieris neuus erumpet, ut in 45. innotescit figura, in suis eos facit negotijs expertos, verumtamen in fortunia minatur, istius natura, & Rella neuui similes sunt superioribus.

Homo



FIGVRA XXXXVI.

Homo, vel mulier in inferiori parte dextræ auris neuo perturbati, velut 46. distinguit figura, ad angustias, discrimina, solicitudines, libidinem quoque ignis uè casus præsertim in dextra parte corporis pronos illos edocet. neuus ipsius est planetæ natura, & stellæ superioris, caudæ inquam Cygni.

De

*De Neuis in aure sinistra à Marte prædomi
nata, prodeuntibus. Cap. IX.*



FIGURA XXXXVII.

CVM homo, aut mulier in medio sinistræ auris fuerint neuo obsignati, sicut 47. exibet figura mortem infamem, ac pessimam suorum causa scelerum'eis despondet, homo in specie homicidia consulte committet, mulier autem illorum causa erit, nenuis est natura Saturni, Ventri ceti stellæ tertiaz magn. confociatur,

P

Homo

XXXVIII





FIGURA XXXVIII.

Homo, vel mulier, quando in sinistræ auris supèriori parte, neuo foedabuntur uti 48. enucleat figura, et hum objibunt crudele, huius neui natura, & stella ciuidem est. ut supra,

omnibus.

Homo



FIGVRA XXXIX.

Homo, vel mulier cū in inferiori parte sinistræ autis nevo laborauerit, veluti 49. emitit figura, icelestos, nefarios, atq; fures efficit, hominē insuper homicidia facturū, ac suorum causa delictorum moriturum, mulierem vexationes, ac crudelem similiter nec in passuram; caueant propterea ab igne, & à bellici tormenti i&tibus. tres ij nevi ventri ceti cōgeruntur stellæ pessimæ, ac pernicioſæ.

D 2 Quan.

*De newis in recta nasi superficie Veneri affi-
gnati, agredientibus. Cap. X.*



FIGVRA L.

Quando in principio nasi hominis, vel mulieris, hoc est, de subcilijs. neuus emicat sicuti in L. deprehenditur figura. parentem eorum infœ liciter emoti minitatut, status quoq; diucrfitatem va- rijs mutationibus flagitat mulierem præterea luxuriæ datam, ac miseram viuere vitam, præcaueat pro- pterea ab homicidijs. neuus est natura Mertis, pleia- kibus s. magnit. scelis conformatur. Cum

S C R I P T U R E S



FIGVRÆ LIB

Concavus medium nasi hominis cōcūserit
vel mulieris, quemadmodum si. offundit figura
adulteria eminatur eis. ipse autem nevus eadem
est natura, & stellis quibus supra.

Omoit

D 3 Cam



FIGVRA LII.

Cum circa spem nati hominis, vel mulieris ne-
uuus insurrexerit, ut in § 2. conspicatur figura, li-
bidini ad dictos ac homicidijs preordinat, hominem
causa mulierū, mulierem hominū, illosq; detestabiles
& in actu luxuriae in honestos renunciat. hic neuuus,
est natura Saturni, & Veneris, & nedum, pleiades. se-
quitur, verū & Persei dexteris lateris particeps est.

Homo

LIBER I. NEVORVM

55

De Nevis ex parte nasi dextra p̄ferebentib⁹. Cap. XI.



FIGURA LIH

HOMO, vel mulier cum in dextra nasi à superiori
ri parte heuo indui fuerint; sicut si eruget si-
gura, lucra ex hereditate nanciscuntur, per coniugem
maritus, & per virum coniux, nevus Louis, & Martis
natura est. Atturo stellæ primæ magnitudinis est
consors.

Claudius

D 4 Hoc

1652 1899




FIGVRA LIV.

Homo, vel mulier quando in medio dexteræ partis nasi neuō præmentur velut in 54. scrutatur figura, iurgia ac miseriæ profert eis. neuus est natura Saturni, & Mercurij. sinistro Bootis humero stellæ tertiaz magna. conceditur.

Quando

FIGVRÆ



FIGVR A L V.

Quando homö, vel fœmina ex inferiori parte de extremitate nasi nevo cruciatur velut 55. pangit figura ad luxuriam flexos inclamat, & quod magis naribus hæret, eo magis virium exercebunt, nevus est Martis, & Saturni natura, alz dextræ Corbi infelix stellæ confirmatur.

OMNIS

Homo

De neuis in sinistra nasi parte signatis.
Cap. XII.



V I A R V D I F

sed erisq; mo^e F I G V R o A v . L u v l libet V

Homo, vel scemina cùm in sinistra Nasi ex parte
superiori neuo erubescerint, vxi in 56. eniç
titur figure, mechissare eos compribat. nevus est
natura Saturni, & Veneris, pectori Cassiopeæ Nstellæ
totia magnitudinis astituitur, et auctoritate silente eius
Homo

26.02.16.02.21



FIGVRA LVII.

Homo, vel scemina cum in medio sinistre partis Nasi fuerint nevo commaculati, sicuti ista figura, incestus, & adulteria insequi eos commonet; nevus est natura Martis, & Lunæ, a pleides quinta magnitudinis stellas omnino confluunt.

Hoc

ech



FIGVR A L V I I .

Quando homo, vel foemina in inferiori parte sint
stræ nasi propè nareſ, neuo aduersabuntur, velu-
ti § 8. dispalescit figura, infaustos ; ac multū in-
foelices eos efflagitat, nec non sobole infœcundos ne-
uus est malesicorum natura Saturni scilicet, & Mar-
tis, alia Corbi, ut pluries diximus concorporetur.

H

Ho;

De nivis in dextra supercilio expressis.

Cap. X. I.





FIGURA LIX.

Homo, vel mulier in dextra parte dextri superciliij enitentes nevo, quemadmodum 59. erudit figura, sœlices in suis elucent negotijs, nevus est natura Iouis, & Martis, Cani maiori stellæ primæ magno coagulatur,



FIGVR A LIX

Homo, vel scemina cum circa medium superfici
lij dextri, neuo tuerintur, ut 60. instruit figura
bonum eis præmonstrat connubium, ac valde eff
faustos, neuuus est natura, & stella superiorum.

Homo




FIGURA LXI.

Homo, vel mulier cum in parte sinistra superciliis dextri nevo fuerint nobilitati sicut 61. additum figura, stat us felicitatem, bennam uè in matrimonio afferit fortunam. tres isti nevi in dextro cilio cani maiori rectuntur, et Louis, Martisque uatura sunt.

Cum

*De Neuis in sinistro supercilio promptis.
Cap. XIV.*



FIGVRA LXI.

Cum homo, vel mulier fuerint in dextera supercilij sinistri neuo infirmati, velut 62. pronunciat figura prava ac pessima contrahent confusia, nevus est natura Martis, Vrse minori stellæ secundæ magni, obstringitur.

Quan

NEVUS



FIGRA LXIII.

Quando homini, vel mulieri in sinistra sinistra supercilij neuus erumpet uti 63. enarrat figura, improbae vitae, morumque malorum esse mulgat; neuus est natura, et stella ipsa.

E

Cura



FIGURA LXIV.

Cum homini, vel mulieri in medio supercilij sinistri neuus coercuerit sicuti & admonet figura, moechari illos assederat, nec bonis frui coniugis. tres isti neuvi Visq; minori quo supra referuntur.

Cum

LIBER I. NEVORVM 67
De Nevis in gena destra eminentibus.
Cap. XV.





FIGURA. LXV.

Cum homo siue foemina in superiori parte genazz dextræ fuerint nevo concinnati, veluti &c. eloquitur figura, secundos clangit in mercibus, ac opibus affluere magnis, brevi tamen vita, nevus est natura Martis, & Ionis, Scorpionis secundæ mago sit. stellæ æquatur.

E 2

Homo



FIGVRA LXVI.

Homo, vel scemina quādo in dextræ genz me-
dio lætabuntur neuo quemadmodum 66. pr-
cit figura, magnam ex proprio ingenio atque indu-
stria cis assert sotunam, disponitq; extra patriam
vita facedere, neuus est natura Louis. et Mercuri-
cum armo pagasei stellæ secundæ magn. commec-
Quan-



FIGVRA LXVI.

OVando homo, vel mulier in dextræ genæ infelix
riori parte nœvo magnificabuntur, ut 67. esse
lat figura, prospera ac principalia inient matrimo-
nia, cum nobili scilicet fœmina vir, cumque, nobili
viro fœmina, nevus est natura, et stella quibus su-
pra.

E 3 Homo

70. PHILIPPVS PHINELLA AVCT.

De neuis in sinistra gena figura. Cap. XV.



FIGVRA L X V I.

Homo, vel mulier, quando in superiori parte
nistræ genæ neuo quatientur, sicut ex 68. ex-
trahitur figura, vulneribus affectos, & ut plurimum
infaustos eos exposcit. Nevus est natura Saturni
cum naso ceti bellæ testicæ magn. concurrat.

Cum




FIGURA LXIX.

Cum homo, vel mulier in sinistram genitale medium fuerint agitati, velut 69. confirmat figura talicum illis morbum instituit; nec magna forent abitudine, ne videri viuent. Neuus est natura Sartni, et Martis alia dextrae corbi stellae magnit. imponitur.

1662



F I G V R A L X X .

Quando homo vel scœmina in inferiori parte ge-
næ sinistræ neuo vexabuntur. uti 70. animad-
uertit figura, insortunatos prædocet, lapsus quoque
luem, morbumque gallicum degustabunt, nec lon-
ga vita fruentur, neuuis est natura Martis, et Lunæ
pleiades quinque magnas stellas possidet.

Homo

LIBER I. NEVORVM 75

De neuis in dextra maxilla stillantibus.

Cap. XVII.




FIGURA LXXI.

Homo, vel mulier quando in superiori parte maxillæ dextræ nevo gaudebunt, veluti 71. intitulat figura, bonam ac laudabilem eis impertit fortunam, bonorum quoque ex proprio ingenio, et industria comparationem promittit, nevus, est Martinus, Louisque natura, cruri pagasei stellæ secundæ magnitudinis ceditur.

Cum


16035



FIGVRA LXII.

Cum homo, vel mulier in medio dextræ maxilla
clæ neuum gustauerint, quemadmodum 72. de-
citat figura, secundam in cunctis eorum nego-
tijs eis fortunam clargitur, ac longeum agere vitâ.
Neuus est natura, et stetja ad instar superioris.

Cum



FIGVR A LXXI.

CVm in hominis, vel mulieris inferiori parte de
extra maxillæ neuus effulserit, vt in 73. manet
figura, omnia lucrorum genera, cum prospera in
mercatus presentim, fortuna insinuat, fausta quo-
que ordinat coniugia. Neuus est Iouis, Mercurijqz
natura, humeris pagaeti secundæ magnitud. s tellæ
signatur,

Ho,

76 PHILIPPVS PHINELLA AVCT.

De Neuis in sinistra maxilla vigilancibus.
Cap. XVIII.



FIGVRA LXXIV.

Homo, vel mulier cum in superiori parte maxillæ sinistre fuerint offeriti neuo sicut 74. vulgariter signis, graues eis et gritudines improberat, vitia que deducere breuem neuuus est natura Saturni, nam scilicet stellæ tertiaz magnitud. aggregatur.

Home


~~ANATOMIA~~

FIGURA LXXXV.

Homo, vel mulier inter principium & medium ci-
lij sinistri hoc est, ex parte temporis neui compo-
tes, sicuti 60. effert figura, calamitatibus, ac persecutio-
nibus ex libidine qustietur; si melatus, ex ordinarijs fœ-
minis id aderit, si rubeus, ex nobilibus, si niger, ex vili-
bus; si vt lens, ex propria natura. mulier similiter ege-
state, & ærumnis, & si niger luxuriæ causa multabitur.
neuus hic Saturni, & Veneris natura est, dextero Præsei
lateri secundæ magn. stellæ infertur.

Quis



FIGVR A L X I.

Quis homo, vel mulier, inter sinistri cilij medium, & finem, ex parte scilicet nasi fuerit neuo obnoxius, velut 61. obijcit figura, malum edicit matrimonium contrahi, si melatus, paupertatem, si rubeus, malam famam, si niger, parum inter coniuges pacis, sit ut lens, suorum dissipatorem bonorum, mulieri itidem malum obijcit connubium, at si niger, adulterium, hic neuus est Saturni, & Martis natura, serpentarij, capit, stellæ 3. magn, vincitur.

De

De neuis super oculi dextri palpebras Serpentibus.

Cap. 14.




FIGVRA LXII.

Super hominis, vel mulieris oculi dextri palpebram ex externa parte, tempus versus, neuus fluens, veluti 62. prouehit figura fortunæ bonorum prædicti prosperitatem, si melatus, haud malum coniugium, si rubeus, bona, causa vxoris, si niger, felicitudines in nuptijs, si vt lœs, legata ob matrimonia; mulieri vero fortunatum diutemq; virum, si niger, obstaculum in suis felicitatibus, neuus hic est Iouis, Saturnique natura, Cephei humero dextero tertiaz magn. stellæ illitur.

Homo

PHILIPPVS PHINELLA AVCT.



FIGVRA LXII.

Homo sive mulier, cum in dexteri oculi palpebræ medio, neuo eleuabuntur, quemadmodum 63. concelebrat figura, bonam sortietur fortunam, quod si melatus, uel rubeus itidem bonam, & magnam, at si niger, maximopere illam retundit, & si vt lens, inopinatè adueniet; mulieri ex legatis fortuna patebit, pleraque suorum affinium pars occumbet, & locuples fiet, sed si niger, aliter eueniet, hic neuus est Mercurij, & Iouis natura, & capræ primæ magn. stellæ similis.




FIGVR A LXXIIII.

Homo, vel sœmina in dextræ palpebræ fine, & pro-
prie nasi partem neuo se oblectantes, ceu 64. nitet fi-
gura, per suas sibi coaceruabit operationes, ac propterea
in cunctis se eminētem præstabit actionibus, si melatus,
fortunatum dominorum causa, si rubeus, Ecclesiastico-
rum, si niger, iacturam faciet, si vt lens, hæreditatis, do-
nationisq; causa sœcundabitur. & mulier sœcunda in
cunctis, præter nigrum, ex quo nigri neuvi Martis, Satur-
niq; sunt, melati, & rubicundi, Iouis; & eminētes Ven. &
hic ipse neuus Ven. & Merc. nat. est vasis fundo, q. magn.
stellæ vocatur.

E.


De



FIGVR A L X V.



CVm hominis, vel mulieris, sinistri oculi palpebra, neuo sordescet erga tempus, vti 65. subsannat figura, maxima, ac vitiosa ille contaminatur luxuria, si melatus foret vel rubeus, fiet magis contemperatus, si niger, pessimus, & si eminens, item obscena ldetur luxuria. mulier quoque luxuria impugnatur, multisque in pudicitij deturpabitur, & quo neuus nigrior, eo ad infamias ipsa declivior. hisce neuus est Saturni, & Mercurij natura bootis armo sinistro, tertiaz magnit. stellæ consimilis.

Cum




FIGVRA. LXVI.

CVm medium sinistræ palpebræ hominis vel mulieris neuus inundabit, vt 66. arcet figura, illum mærore commamulat, si melatus vel rubeus, iracundia, si niger violento lætho, si ut lens eminens vitæ periculis, semperq; malamis neuus in tali situatione prodit mortem mulierem autem exitijs, periculisque, & si niger honoris iactura, neuus ipse Saturni est Mercurijq; natura, libet meridionalis lucide & magn. stellæ, vniiformis.




FIGVRA LXVII.

CVm in sinistræ palpebræ principio ex parte nasi
neuus hominem, vel mulierem polluerit, vti 67.
exoluit figura, satis eum libidine repletum vocat, si me-
latus, potentissimum in coitu, si rubeus, extra modum,
si niger, ex adulterijs penas dabit, si vt lens, mulierum
causa pericula incidet. mulier vero adulteria patrabit, &
si niger, hac causa ex ferro, & venenis periclitatur. hic
neuus Saturni, & veneris natura est, stella poli, tertiae
magnitud. dicitur.



FIGVR A L X V I I I .

Cum sub oculi dexterī vacuum ex parte temporis,
hominem, vel fœminam neuus momorderit, ut si
figura 68. exprobrat, crudelem illum, atq; furiosum appel-
lat, si melatus, magis temperatum, si rubeus, vltorem,
si niger, aliquem necabit, vel alterius causa mortis, si vt
lens, parum timentem; mulierem autem, vanam ac su-
perbam, si niger, alicuius causa necis, cum sui ipsius pe-
riculo. neuus est natura Martis, capiti Hærculis, stellæ
tertiaz magn. ponderatur,



FIGVRA ALXIX.


CVm in medio de sub oculi dexterī alueō hominis vel mulieris neuus innotuerit, sicut 69. albescit figura vita breui illum inclamat, si melatus, ex crapuia infirmitates assignat, si rubeus ex alteratione, si niger , ex venenis , si vt lens, ex proprio intemperamento, mulieri periculo in partu, si niger, venena minatur breuemq; vitam. hic neuus natura Saturni est cum ceti cauda migrat stella 3. magn.

Quando



FIGURA LXX.

Quando in hominis, vel sc̄eminæ sinistri oculi aliueo ex medio, neuus fuerit incifus, sicuti in 70. est incifus figura, vitæ discrimina homini angustiasq; valde notabiles præscribit, si melatus, vel rubeus id suorum accidet causa honorum, si niger, mortem comminatur, si elevatus, in fortunia lenit, mulieri vero propinquorum tempestates, persecutionesq; parat, si niger suæ consulat honestati. hic neuus Saturni est Martis; natu-
ra, Leonis ceruici magn. stellæ agglutinatur.



FIGVRA LXXI.

Si hominis, siue mulieris in oculi sinistri vacuo nevus versabitur ex temporis parte, velut in 71. versatur figura infelicitatibus, magnisq. infortunijs commaculat hominem, si melatus, haec à nobilibus prouenient mulieribus, si rubeus, à magistratibus, dominisq. si niger, ab inimicis, si vt lens expositus, ex ordinarijs fœminis; mulierem autem damno, ac dedecore, si niger adulterijs, vel tali de causa pati quibit; nevus hic est Saturni, & Martis natura draconis capiti tertiaz magnitudinis stellæ inglorietatur.



Homo,



FIGVR A LXXII.

Homo, siue foemina, cum in sinistri oculi concavo ex parte media, fuerint nevo inoccati, veluti 72. est innocata figura, insektionibus magnisq. iuctibus impliet hominem; si melatus, carceribus, si rubeus, tortura, si niger, ex iustitia profundere vitam, si ut lens, ignominiosam euadebit necem. mulieri namque flagella instat, eritque hominum, foeminarumq. causa mortis, carceres, ac persecutio[n]es perpetetur, & fugam capiet, si niger suspensionem minitat; nevus hic in foeminis est cum metoscopia consideratione dignus, cum sit Saturni natura, & certi naso 3. magn. stellæ adsciscatur,

Ho-




FIGVRA LXXIII.

Homo, vel mulier, si in sinistri oculi vacuo è parte
nasi, neuo fremebunt, ceù 73. fremeat figura adulter-
eo hominem inquinabit, atq; vitijs, si melatus, in ma-
nus incidet hostium, è quibus tamen citò exiet, si rubeus,
proditores vitet, si niger, venena; si ad instar lentis, pro-
prios agnatos. mulier multa mala degustabit, in iuuen-
tute turpitudinem particulatim, se tamen custodiat à ca-
nibus. hic neuus Mercurij est natura atque Saturni, u;
bijs cigni 3. magn. stellis rependitur.


De

De neuis intus dextris oculi albuginem. Cap. 18.



FIGVR A LXXXIII.

CVm in dextri oculi albugine, hominis, vel mulieris, neuus qui ieuerit ex parte temporis, quemadmodum in 74. quiescit figura, valde mulierum amatorem inuertit hominem. quod si melatus, eius ob eas, sors vigebit, si rubeus ei tormenta profert, si niger, nequaquam ipse moratus, sed turpibus moribus erit, horum autem eminentiam neuorum, adhuc non obseruauimus, & qui sunt neuui, albi sunt, & infortunia indicunt, mulierem vero cupidineo calore vehementer oppressam, si niger, procacis periclitaturam causa amoris, hic neuus est natura Martis, & Iouis, scorpionis cordi 2. magn. stellæ offertur.



FIGVRA LX X V.

Si in hominis vel mulieris oculi dextri albugine, ex parte nasi neuus demorabitur, vt in 75. demoratur figura, graui ac periculosæ, magno cum vitæ discrimine infirmitati, subdit hominem; si melatus, martialis erit infirmitas hæc, & cita curatione, si rubeus, capite laborabit, si niger, à stomacho originem trahent eius cunctæ malæ valetudines. mulierem autem discrimini partus, niger, ex tali causa occumbere. hic neuus est naturæ Martis, & Mercurij, sinistro orionis tergo, 2. magnitudinis stellæ condenset.

De



De neuis intus sinistri oculi albugine. Cap. 19.



FIGVR A LXXVI.

CVm fuerit hominis, siue fœminæ, sinistri oculi albugo, ob sita neuo, vti 76. est ob sita figura, homicidijs hominem insimulat; si melatus, vulneribus tantum, si rubeus, cum nece, si niger, ex iustitia, huius causa rei intercidetur; & mulierem, luxuriosam ac inhonestam, quod si niger, ob eius turpitudines patietur. nevus hic est Martis natura, principio caudæ vrsæ secundæ magn. Rellæ congregatur.

Quan-



FIGVRA LXXVII.

Qvando in hominis, aut mulieris, sinistri oculi albagine neuus oborietur, sicut in 77. est obortus figura, hominem, propriæ coniugis compellat esse causam mortis; si melatus, id leui de causa erit, si rubeus ex propria causa, si niger, lapsus ex alto, cum occasus discrimine; mulierem verò libidine, & mariti quoq; causam esse necis, & si niger, itidem casus cum vitæ periculo. hic neuus est natura Veneris, cigni caudæ z. magnitudin. steliz comparest.

De

VCT.
LIBER II. NEVORVM. 79


De neuis ex dextera parti nasi. Cap. 20.



FIGVRA LXXVIII.

CVm ex hominis, vel mulieris, dextra nasi, desuper naribus neuus lucebit, sicuti in 78. lucet figura, cunctis in negotijs faustum comprobat hominē, si melatus, ex affinium hēreditate, si rubeus, vxoris, si niger, lites, & vulnera in dextra coxa præbet, siq; vt lens, iterum scelcem. mulierem autem locupletem, ingeniosam, ac mariti bonorum satis tutricem, at si niger, suorum causā gentilium, iacturā, si vt lens, optimā ex viro fortunam; neuus est natura Veneris, atque Mercurij, cum lucida Coronæ primæ magnit. stella congruentiam habet.

Si



FIGVRA LXXXIX.

Si inter nasi, & faciei finem hominis, vel mulieris, ex parte dextra, neuus vigilauerit, velut in 79. figura, libidinosum, & cum mulieribus fortunatum probat hominem, si melatus, fœlices nuptias, si rubeus, donationem, si niger, interceptionem, si ut lens, cunctis gratissimum, & ex mulieribus bona sibi constaturum; mulierem, item faustam, ac hominum causa fœlicem, si niger, libidinosam. quare, suæ est maximopere confundendum honestati. hic neuus est Iouis natura, atq; Martis, canis maioris ori, primæ magnæ stellæ conceditur.

Homo,



FIGVRA LXXX.

Homo, vel scemina, inter nasum & faciem, ex parte dextra, neuo contemeratus, veluti 80. est contemerata figura, salacitatis illum vehementer criminatur, quod si melatus, probitatis, si rubeus, intemperantiae, si niger, sibi consulat, ne prælibidine lèdatur; similiter, & mulierem, luxuriaz, & niger cum fuerit, honoris, ac gallici morbi periculum subibit. neuus hic, Saturni, Venerisq. est natura, sinistræ serpentarij palmæ, quartæ magnit, stellæ contexitur.

F

Cum



F. I. G. V. R. A. A. L. X. X. X. I:

CVm ex nasi sinistra, ex præcise super naribus, homo,
vel mulier neuum pertulerint, velut 8 i. perfert fi-
gura, in honestum ac virtiosum affirmat esse hominem, &
melatus cum sit, libidinosum, si rubeus, mæchatorem,
si niger incestuosum, & in sinistra coxa sauciandum, si
vt lens expositus, simplicem; mulierem verd pellicem,
si niger, etiam incestuosam; hicuè neuis læthum utriq.
violentum defert, cuius quidem natura Veneris, Mar-
tisq; est, caudæ cigni secundæ magnit. Nella congeritur.

Homo,




FIGVR A LXXXII.

Homo, vel foemina, si in sinistra nasi, inter narium & facies terminum, nevo perfringentur, veluti 82. est perfecta figura, ob mulieres homini detrimentum conciliatur, si melatus, haud erit notabile, si rubeus, caut illas, si niger, causa suarum ei consanguinearum euenient infortunia, sed si vt lens, eius demulcentur calamitates, mulier petulans decernitur, si niger, suorum rea maledictorum. neuus hic, Saturni, Veneris, & Mercurij est natura, leonis dorso secundæ magn. stellæ coniugatur.



F I G V R A LXXXIII.

CVm inter nasum, & faciem homo, vel foemina, fuerint neuo prefixi ex sinistra, ceu 83. est perfixa figura male moratus, ac luxuriæ datus homo præmonetur, si melatus nevus erit, moderationis & ipse, si rubeus, incorrigibilis, si niger, hostes insequentur illum, si ad instar lentis, profugus; mulier verò instabilis ac iterum errabunda, at si niger, scortum. hic nevus est naturæ Martis, cum visæ extremitate caudæ secundæ magnit. stella, pergit.



FIGVRIA LXXXIV.

Homo, vel fœmina de sub nasi acumine, & propriè
in medio neuo insculpti, æquè 84. insculpta est fi-
gura, sauciāndus ipse profertur, si melatus, minimè le-
thaliter, sed circa brachia, pedes, & corporis extrema, si
tubeus, circa corpus ipsum, si niger, cum vitæ periculo,
si vt lens, morbum vitet in genitalibus, & vel pudendis;
mulieri tamen malum circa naturam, si niger, caueat
ne à marito vulnere infligetur, hic nevus est natura S1-
turni, & Martis, dextræ corbi alæ tertiaz magnitud, stellæ
congruit.



FIGVR A ALIXXXV.

Si in hominis, vel mulieris dextra parte nasi fuerit
neuus aggeratus, modo tamē, quo ipsius sit particeps
eaui, vt puta in 85. est aggeratus figura, nō lateat homi-
nem, se vulneribus fore petendum, quæ si melatus, haud
magni periculi erunt, si rubeus, id causa mulierum, si
niger propriæ coniugis, ac tandem si vt lens, absque cul-
pa; mulieri profecto luctus, atq; odia elargitur, si niger,
plagas intentat, hic nevus est Martis, Mercurijq; natura,
Hærculi tertiaz magnit. Nella conciscitur.

Cum



FIGVR A LXXXVI.

C^{um} homini siue mulieri inter nares, & nasi foramen,
ex parte sinistra, nevus agnascetur, quemadmodum
36. est delibata figura, grauia illi discrimina, cum vio-
lentæ necis minis prætendit, quod si melatus, vulnerum
tantummodo, si rubeus, vulnerum similiter, & vincu-
lorum, si niger mortis, si ut lens, teter ipse erit; mulieri
vero persecutio[n]es, si niger, prodest ei, esse ratam,
quoniam plagas affert nomenq[ue] malum. talis nevus est
natura Saturni, & Martis, draconis capiti, teruiæ magnit.
stellæ conformis est.



FIGVRA LXXXVII.

Homo, uel mulier desuper acumine nasi, neuo implicatus, vt 87. est implicata figura, odia ac inimicitias cum uxore serie, & simelatus, magna ex parte iureijs anxiabitur, si rubeus; hostilitatibus, si niger, homicidijs; si tanquam lens, precipitus in suis erit artificijs; & foemina inimicam esse viro, cui, quo nigrior neuus foret, eo erit ipsa insensior. neuus hic est Martis luneque natura, cum pleiadibus sequentibus, secundæ magnitudinis stellis congregitur.

De sinistro nos alioſt

Quando



FIGVR A LXXXVIII.

Quando in hominis, vel mulieris acumine nasi, ex parte sinistra neuus fuerit inventus, ut in 88. inuenitur figura, ex coniuge viro obueniet hæreditas, qui, si melatus, mediocris ipsa erit, si rubeus, opulentior, si niger, instabunt oppositiones, & fortunatior, si ut lens, homo dicetur; mulieri enim plurima, ob virum bona, si niger, iacturam suorum faciet bonorum, causa inimicorum. neuus Iouis est, Martisq. natura, cani maiori primæ magn. stellæ, oppangitur.

De:



FIGVRA LXXXIX.

DE super nasi acumine ex parte sinistra, homini vel mulieri dum nevus obtinget, sicut & 9. obtingit figure, notabiles illi calamitates notificat, si melatus, domesticos hostes, si rubeus, met ipsi cognati erunt inimici, si niger, externorum iram caueat inimicorum, nam in dextra coxa, illi vulnus infligere conantur, & si ut lens, cupatis in rebus credulus probabitur, verum mulieri, angustias, atque curas, si niger, proba sit ac pudica, alioqui profusionem ei intentat sanguinis. hic nevus, Saturni, Venerisque natura est, medusæ capiti, secundæ magnit. stellæ consarcinatur.

De



FIGURA LXXX.

Homo, uel mulier ex dextra oris, neuo tunicatus, illud tamen attingent, sicuti 90. est tunicata figura, magna ille, ex proprio ingenio fortunæ bonorum comparatione ditatur, si melatus, solertia, ac doctrina, si rubeus, fortuna cum principibus, si niger, ingenio magis, quam sorte, si tanquam lens, fœlicitate maiore; mulier quoque magnis affluet opibus, vehementerq; adamabitur, verum si niger, obtrectabitur. neuuus est Veneris Mercurijisque natura, fundo vasis quartæ magnitudinis stellæ suppar est.

Cum



FIGVRA LXXXI.

CVm fuerit homo vel mulier in sinistra oris neuo turpificatus, dummodo contingat illud, velut est 91. turpificata figura, spurijs donabitur ipse natis, qui quidem, si melato extiterit colore neuus, præcipua fortuna fruentur, si rubeo, hæreditate, si nigro, calamitate, si ad modum lentis, inertia, inualidoq; discursu; mulier itidem de se spurios gignet, & si niger neuus erit, damna supportabit, qui Saturni, Venerisque natura est & poli, stellæ terræ magn. subiicitur.

De

De neuis in medio superni labij. Cap. 26.




FIGURA LXXXII.


Cum superni labij medium, hominis, vel mulieris, neuus vndaverit, veluti 92. figuram vndat, grauibus afflictionum discriminibus ipsum lacerat, è quibus, si melatus neuus erit, cum primum conualescet, si rubeus contineat se à coitu, si niger, genitalia corrodet, si ut lens, malos temperat influxus, mulierem autem affluis circa inferas partes vexat affectionibus. est hic neuus natura Martis. & medio caudæ vrsæ secundæ magnitn. similitudine yniusmodi est.



FIGVRA LXXXIII.

CVm homo, vel fœmina, in tñfeti labij medio neuum subuexerint, ceu q. 3. subuehit figura; longa est illud itinera suscepturnum indicium, quapropter noua semper viset ora, si melatus, ex exteris facultates excipiet, si rubeus rem propriam dissipabit, si niger, erit inhonestus, si virilens, bona sorte gaudebit. mulier imprudens faneficiet, si niger, parum ad pudicitiam prona, quam obre est ei cauendū ne ob id dama subeat; cæteris vero de neuis circa os emergentibus, in primo nostro libro, iam luculèter pertractauimus, idcirco in hoc sobrie cōmeamus, & hic Mart. & Merc. natura est, & sinistri orionis tergo 2. mag. stellæ subnectitur.


De neuis in medio menti. Cap. 28.



FIGVR A LXXXIV.

Homo, vel sc̄om̄ina, cum fuerint in medio menti, hoc
est in ipsa fossula, neuo sussecti, & que 94. est figura
suspecta, non oborie ntur ei filij, qui, si melatus, aut ru-
beus nevus apparet, secunda patientur sorte, modica
vero si niger, & si tanquam lens, ingenio valde præstan-
ti; mulier etiam similes parturiet gnatos, at si niger, ea
vexabitur de causa. h̄sc nevus, est natura Iouis, & Mar-
tis, alato equo secundæ magni. Rellæ subiungitur.

Cum



F I G V R A L X X X X V.

CVm fuerint homo vel mulier desuprer mento, vermiculati neuo, ita temen, quod viriusque sit ipse
neuus particeps partis, superne scilicet, & inferne, vputa
95. est vermiculata figura, temerarium, ac moleustum ho-
minem decernit, si melato, strenuum, si rubeo, furen-
tem. si nigro, homicidam, si vt lens, alciuius vulnera-
torem; mulierem. n. rixosam, si nigro, cuius piam cau-
sam esse mortis. hic neuus est natura Martis, minoris
vrsæ dorso, secundæ magnæ, bellæ subiugatur.

De



FIGVR A LXXX X VI.

CVm dextra menti hominis, vel mulieris, fuerit neuo contexta, superam tamen, ac inferam tangente partem, quemadmodum 96. est figura contexta, magni hominem educit theorematis, ac ingeij, si melatus hereditatem spondet, si rubeus, faustam fortunam, si niger, futurorum penetratorem, si vt lens, iterum feli- cem; mulierem similiter fortunatam, ac diurna vita, licet quovis sit ipse colore, praeter nigrum. neuus hic est Iouis, Martisque natura, & à corde leonis prima magna. Stella pendet.

• TURBIDIS VELLS. • GALLI S. RICARDI




FIGURA LXXXVII.

Hominis, vel mulieris menti sinistra, ex ipsius tam
men parte, impiata neuo vt est 97. impiata figura,
homicidijs obiurgat hominem, & cum vitæ discrimine
profugientem, si melato, absoluetur, à noxa, si rubeo,
sit cautus erga hostes, si nigro, erga iustitiam, si vt lens,
erga proditiones; mulierem autem, æruginis neceque
obstringit, si nigro, aquarum periculis: hic neuus est
Saturni, martisque natura, palmæ sinistræ serpentarij,
quartæ magn. stellæ religatur.

Cum





FIGURA LXXXVIII.

CVm in medio gutturis fontiuncula, homo vel mulier fuerint neuo obliti, vti 98. est oblitera figura, suspensionem, vel suffocationem homini prænotat, si melatus, infortunia hæc mulcebit, quæ, si rubeus, ex inimicis aduehient, si niger, ex iustitia, si vt lens, ex aquis; enim uero mulieri, graues in partu dolores, cuius causa, si niger, oppetet, neuus hic Saturni venerisque natura est, & medusa capiti prime magna. stellæ astrinxit.



FIGVRA LXXXVIII.

Si hominis, vel mulieris, gutturis dextra, fuerit obliterata neuo sicut 99. est obliterata figura, colicis comprimit hominem doloribus, si melato, notis ægritudinibus, si rubeo, bilosum, si nigro breui vita, si ut lens, leuibus in fortunis; mulierem vero vteri doloribus, si nigro, partus occasu. hic neuus, est natura Saturni, naso ceti tertiae magn. stellæ deuincitur,

De neuis in sinistra iuguli cap. 33.




F I G V R A C.

IVguli sinistra, hominis vel mulieris, si neuo succus buerit, sicuti 100. figura succumbit, casus homini in sunt abequo, si melato, leues erunt, si rubeo, item ab equis lapsus, si nigro, ex alto cum v itæ discrimine, si ad instar lentis, exsigui collapsus erunt; mulieri autem, aquarum pericula, ac ex altis ruere locis, & eo magis, quo nigror neuus erit qui, quidem Saturni martisque natura est serpenti tertiaz magn. stellæ compprehensus.

Hac

କବିତାରକ୍ଷଣ

Hac in nostra parte secunda, haud de alijs agimus neuis, quoniam de eis profuse iam egimus in prima, & illas tantummodo stellas hic annotauimus, quæ in zodiaco reperiuntur, & proximiores illis, de cæteris vero, quæ extra sunt, in pedum liseris peragamus, ubi ad summum de eorum natura tractabimus.



VIXARVM ANNOTATIO STELLARVM
tam Zodiaci signis, siue domibus, quam
extra, subiacentium.

Arietis signo iacet.

Dexter Cæphei hu-
merus.
Alati equi umbelicus.
Ceti venter.
Eridiani lucida.
Andromedæ umbelicus.

Tauri signo.

Pectus Cassiopeæ.
Ceti nasus.
Medusæ caput.
Dexter Praefei latus.
Pleiades præcedentes.
Pleiades sequentes.

Gemini signo.

Taurinus oculus.
Sinister Orionis pes.
Biusæ sinistri bumerus
Capra.
Polus.
Dexter Orionis bame-
rus.

Cancri signo;

Remus Australis.
Canis maior.
Antecedens Geminicæ
put.
Sequens eiusdem ca-
put.
Canis minor.

Signo Leonis.

Præsepe.
Minoris dorsus Vrsæ.
Lucida bidræ.
Leonis cervices.
Cor Leonis, siue regu-
lus.

Virg. signo;

Vrsæ cauda.
Leonis dorsus.
Vrsæ medium caudæ.
Leonis cauda.
Fundum vasis.
Finis caudæ Vrsæ.
Libra

Libræ signo.

Dextra Corbi ala.
Sinister Broris humer.
Virginis spica.
Taurus.

Scorpionis signo.

Corona lucida.
*Meridionalis lucida li-
brae.*
*Sinistra serpentarij pal-
ma.*

Sagittarij signo.

Scorpionis cor.
Hærculis caput.
Serpentarij caput.

Scorpionis cauda.
Draconis cauda.

Capricorni signo.


Libra.
Aquila volans.

Aquarij signo.

Capricorni cauda.
Aquaæ extremitas.
Cigni cauda.

Signo Piscis.

Cignierura.
Humer Pagæsi.
Pagæsi Crus.
Ceti cauda.



De
Za
an

I

Hof
fri
nem
fak
pa

Gam

P
a
bo

3

*De neuis, in prima facie uniuscuiusq;
Zodiaci signi in ascidente exi-
stentia, in hominibus siue fe-
minis apparentibus.*

De Ariete signo primo.

*Hoc signum si in sua prima ascenderet
facie, cuius dominus est Mars, ne-
uum daret homini ex dextera parte
faciei, & mulieri desuper sinistro
pede.*

De TAURO.

*Cum Taurus, cum sua prima ascendet
facie cuius dominus Mercurius est,
ex sinistra capitis neuum habebit
homo, & mulier sub occipite.*

De

De Gemini.

Cùm prima Gemini facies præerit ho-
mini, cuius dominus Iouis est vel in
capite, vel in genis neuuus emerget,
et mulieri in uno brachio.

De Cancro.

Prima Cancri facies in ascidente, cu-
ius dominus Venus est, vel in brac-
chijs neuum homini tribuit, vel dex-
tro cruri, et mulieri in dextro bra-
chio.

De

De Leone.

In prima Leonis facie, cuius dominus
Saturnus est, homo si nascetur, in
parte renum ei nevus aderit, et mu-
lieri in pedibus.

De Virgine.

Virgo cum in prima sua ascenderit fa-
cie, cuius dominus est Sol, in scapulis
sive lumbis neuum homo geret, et
mulier in humeris.

De

De Libra.

*In facie homo neuuu gestabit, si Libra
cùm prima facie concendet, cuius,
dominus Luna est, & mulier si-
militer.*

De Scorpione.

*Homini si prima Scorpionis facie
præfuerit, cuius dominus est Mar-
tin brachio sinistro neuuus exiliet
& mulieri in dorso.*

De

De Sagittario.

In prima Sagittarij facie, cuius dominus est Mercurius, nascenti homini in pectore nevus insurget, & in stomacho mulieri.

De Capricorno.

In brachijs nevus homini prodet cum Capricorni prima facies erit in ascendance, cuius dominus Iouis est, & in facie mulieri, formosa tamen ac venusta specie.

De

De Aquario.

Aquarius in ascidente, cuius dominus est Venus in pede sinistro neutrum homini parat, mulieri autem in pectore.

De Piscis.

Homo cum primam Piscis faciem habebit in ascidente in genis neutrum quoq; habebit, itidem, et mulier sed pulcra, ac eleganti aspectu, cuius faciei Saturnus dominus est.

Attamen cupiens quis omnium Zodiaci facierum, que quidem tringita sex sunt neutrum habere intelligentiam, tertium capiat nostræ metoposcopiæ librum.

Pro-

PROLOQVIVM.⁹

Tertia hæc nostra apparentium neuorum pars, quam modo (Deo fauente) proferrimus, non nisi de non apparentium quā nobis tribuit notionē, et eorum in humano corpore locali corrispondentia, agit, cum suis peculiaribus significatibus. Et ut maiorem leggentibus tradamus comitatem, minusq; tedium, ac nobis ipsis, per quam cautè erimus incesuri, viam aperiāmus secundam, quam nuper edidimus partem, (primam omittendo, veluti super uacanēam, à qua originem ipsa secūda trahit) nostrum fundementum ac ducem adh̄ebimur, & à fronte principale membro vultus exordiendo inquimus, neuos in ea residētes, cum in pectore humeris, dorso, ventre, mammis, & renibus morantibus responsum habere. Temporibus præsidentes, in lumbis, clunibus, coxisq; insidetibus, responderc. Auriculares, ventri, & ilibus. Emergentes in ciliorum descensu feminibus, & verendis. Scaturientes in metipsis cilijs, ventri, umbel co. atq; lumbis. Emanantes in palpebris, inguinibus, pectini, & lumbis. in oculorū vacuo orientes virgæ, & circa inguines. micantes in albugine oculorum, mammillis. coruscantes in naso, humeris, testibus pectori, & virgæ os præpedientes, virgæ, & bracchij. labia incidentes, verendis, & genibus. mentum signantes, pedibus, cruribus, coxisq; delineantes iugulum, coxis, & feminibus. & hæc neuorum corrispondentia, ab integra cœlesti defluit imagine; de qua cum satis abundè peregrimus in secunda, nihil in hac est parte reiterandum; dicimus tamen, neuorum scientiam, inter cæteras (de astronomicis loquendo) primum,

obtinere loeum, uti ostensiua, suo simplici aspectu,
 quantum boni, siue mali, teletur in homine, idque
 omne ab influxibus deriuare cœlorum, ipsorum sci-
 licet apparitionem, demonstrationem, ac rerum no-
 titiam; & hoc, qnod in nos cœlestia corpora habet,
 dominio probamus, à prædominatione. & conformi-
 tate, quas cum elementis tenent, contracto. Et quo-
 niam sic stellæ, sicutè corpora nostra mixta sunt, ac
 elementari subita uaturæ, proprieà & prædomi-
 natio causatur in nos & paritas humorum. Exempli
 gratia. Bilosus, ex natura calida, & sicca quam ha-
 bet, igneo tribuitur elemento, ignis vero Marti, &
 soli. sanguineus, calidus, & humidus cum sit, aeri
 præficitur, aer autem Ioui, & Mercurio; pituito-
 sus, ex habitudine frigida, & humida aquæ neclitur,
 aqua uero Veneri, & Lunæ. Mæstus, ex frigida &
 sicca natura, terræ conglomeratur terra autem Sa-
 turno. Quare ex qua pollent cum elementis (vt di-
 ximus) mixtione simplices nostris corporibus in-
 fluunt inclinationes, è quibus rerum dehinc produn-
 tur diuersitates. & illas præsertim, quas physicè in
 ipsorum perspicimus apparitione neuorum. At quo-
 niam in prima nostra. & secunda huiusc partie ma-
 teriæ inquimus, neuos in homine, vel fæmina appa-
 rentes, esse stellas fixas in tertia quoque hac astrui-
 mus ratione, aientes stellam fixam in tantum in nos
 proficere, in quantū tribus in cœlesti figura sit col-
 locata modis. Primo, vt sit in uno angulorum. Se-
 cundo cum Planetis. Tertio denique vt aliquis ex
 quinque leggialibus, in illam directionem meet. cu-
 ius firmitate rei plures in pueritia animaduertimus
 pueros pluribus fuisse neuis signatos, qui quippe
 euanuerunt postea in iuuentute; quod contra euenit
 alijs ætate prouictis, quibus nedum insurrexerunt
 neu,

neui, & minimè evanuerūt. verùm & steterunt usq;
 in finem, quos quidem diuersos effectus, geminis
 inuenimus accidere de causis. Primo, quia in car-
 dinem illum, in quo sui tempore ortus fixa stella
 aderat, potentior illa leggialis superuenit, talesque
 effecit evanescere neuos. Secundo, quod corpore in
 eam committit in coniunctionem, & sic in adultis il-
 los faciat præfulgere permansuros, quod nimirum
 clarissimū est, nam semper in minus præualet lumen
 maius; cum quedam sit directio, de loco ad locum
 redigendæ sferæ (licet tempore) artificiosa mensu-
 ra unde & tempore quoq; similes in nostris debine
 effluunt neui corporibus. Hjsque tertiam associamus
 causam, quam tempore sane, & obseruatione tanquā
 nostris præceptoribus didicimus, qui suis profecto
 loco, & tempore istiusmodi scientiæ fructus dedere
 matures, quæ planè metipsa est experientia; scilieet,
 cum à suæ principio nativitatis secum homo neuos
 non trahit, haud ei alio postea tempore oriuntur, quā
 in annis climactericis. & illi potissimum qui omnino
 minosi dicuntur atq; damnosí. Hiue climacterici ex
 dupliquo ratione formantur. Primo, quia in
 cuiusque fine septennarij, Saturnus planeta reperitur
 dominator; de cæteris verò huic septennio annis in-
 termediis ex quo eorum quilibet propriū habet præ-
 dominantem planetam veluti alibi annuimus, non
 hic aliam facimus mentionem; dicimus tamen diu-
 turniorem hominis ætatem centum viginti non pre-
 terire numerum annorum in decem, & septem diui-
 forum climactericorum ac Saturnomet præscrip-
 torum, siccō, & frigido planetæ natura terræ humanae
 naturæ, ac cunctorum anorum præterquam Veneris
 planetarum capitalissimo inimico; & proinde longe
 ipsi conscribuntur affectiones, carcerationes, exilia,

veneficia, persecutiones, odia, litigia, timores, pusil-
 lanimitates, inopie, moræ & postremò mors. idque
 aduenit, cum ipse distet à Sole, & ab humidis terræ
 vaporibus Secundo demum, quia bi anni climacteri-
 ci, ex aspectibus quos horoscopus siue ascendens, cù.
 cœlestis figuræ domibus facit, exiliunt. & sicuti in
 septenarius istis, aliquam ex ipsis domibus reperitur
 ipse respiciens, sic & in humana corpora, causantur
 influentia, quæ reuera portenta sunt, atq; neuorum
 apparitio. Ait Ptolomeus, cum bominis vita fuerit
 obseruanda, ascendentē vii & datorem fore inspicien-
 dum; nam ut ipse inquit in tabulis perfectionū, quæ
 fiunt geniturarum, integro anno quoad nos, in uno
 quoque Zodiaci signo moratur. v.g. in primo scptē-
 nio septimam horoscopus aspicit oppositione, & pri-
 mum statuit climactericum admodum pueris discri-
 minosum. In secundo, qui quartus decimus est annus,
 octauam respicit oppositione domum que mortis est,
 item in pueritia, periculosa. In tertio, qui vigesimus
 primus est annus, sextam Zodiaci, quæ infirmitatis,
 ac seruorum est, inspicit domum in qua persecutio-
 nes, sanguinis ebullitionem tradit, atq; rixas &
 adolescentia i.e. um incun moda. In quarto, qui vi-
 gesimus est octauus annus, omnes de quadrato spe-
 ctat angulos, primum ut q; angulus pro via ad quar-
 tam qui stabilium populationem decernit bonorum
 patris, ac rerum omnium proprium patrimoniu[m] sta-
 bilientium; secundus angulus est prima de opposi-
 tione ad septimam, qui ocultas enunciat hostes, atq;
 uxoris insectationem; tertius angulus ipsa est pri-
 ma, quæ de quadrato decimam perspicit, & dignita-
 tes auferit. & Regum persecutiones pretendit ac ma-
 gistratum, iduè accidit, quando in quarto hoc cli-
 macterico neui egrediuntur; quarius & postremus
 angu-

angulus est, qui cæteros tres angulos per se met ipsū, malefico intuetur aspectu. Et vita semper discrimen infert. In quinto climacterico, qui trigesimus est. Et quintus annus sextam infirmitatis horoscopus prospicit domum. In sexto nonam de quadrato, Et duodecimam introspicit oppositione. quæ diurnitatis, Et hostium sunt domus quamobrem sine regressu itinera, Et inimicos ei carcerationes parantes, inque illis obire minatur, si eo tempore neui nascerentur. In septimo in proprium remeat horoscopus ipse locū, Et nullo respiciens tres principales domos aspectu, sextam scilicet octauam, Et duodecimam, quæ ægritudinis, mortis, Et carcerum sunt domus, periculosissimus inter cæteros efficitur climactericos. In octauo, corpore ad octauam progreditur, ascendens, quæ mortis, ut diximus domus est, ac itidem periculosissimus. In nono, ad sextam de quadrato oppositione, ad nonam, Et de quadrato ad duodecimam migrat, Et superiores producit effectus. In decimo, oppositione graditur ad quartam, in qua stabilium deuelat amissionem, de quadrato ad nonam, afflictiones excitat, atq; persecutio[n]es, Et ad septimam denique de quadrato, occultos inimicos, ac coniugis diuorium spondet. In undecimo, ad duodecimam de quadrato, oppositione ad undecimam, Et ad octauam pergit de quadrato, in quibus familiares prodit hastas, mortis discrimen, atque carcerationem. In duodecimo, ad oppositum sextæ transit et affectiones, fugam, ac seruorum profert dilapidationem. In decimotertio, ad ipsius se confert oppositum ascendentis, ad quadratum mediæ cœli, Et ad quadratum ierum imiceli, uxoris deferens mortem, bonorum dissipationem, ac infortunia. In decimoquarto, ad octauæ transmet oppositum, quæ cum mortis sit domus, periculosissima

ma est vita. In decimoquinto, ad duodecimam tendit quadratum, ac si idem quadratum sextæ, ubi domesticos arcessit hostes, ac seruorum persecutio[n]es. In decimosexto. ad proprium reuertit quadratum. Et ad medijs cœli oppositū, in quibus vitam eximit, dignitatibusque denudat. In decimo septimo, octauæ petit quadratum. Et sic maiorem terminat diurni atem annorū, ad quos pertingere homo queit. Et ecce huius desiderosis materiæ ostium apertum, ut sciant, quomodo quoq[ue] tēpore fortunati neui in nosris corporibus apparentes. Et nasci, Et euaneſcere valeant, Et quid climacterici anni sint, Et à quo prædominanti. At quoniā in ipsorum quolibet, prima domus semper maleuolos exantlat aspectus, atque damnosos, est propterea necessè, ut, vel aliquod sinistrum accidens parturiant, quod fælicissimum inueniunt fortunati, ex quo Iouis natura sunt, Et in trinis, ac festilibus modo luminarium, medijs cœli modo, modouè partis fortunæ eluceſcunt, in quibus horoscopus non malos domorum, ut in climactericis recipit aspectus, de quibus, cum in alijs nostrorum laborum locis, quam palam exponendorum pertractamus de eis in nostra hac præfatione, cui hic finem imponimus, non aliud dicemus.



DE NEVORUM TRACTATV
ex dextera parte frontis. Cap. I.

F I G V R A I.

QVIS, cum in dextera parte frontis, sub Saturni linea neuum habuerit, qui tamen non ipsam tangat, ut in prima annotatur figura, alium habebit in dextera parte pectoris correspondentem, & magnam homini, & in patria & extra fortunam, vendicantem, ingeniosus præterea erit, & in connubijs, sic & in bellis, & ædificijs fortunatus. Mulieri autem grandem ex mortuis spondet hereditatem. Hic nevus est Martis, Veneris, Mercurijq; natura, & liræ primæ magnitud. stellæ imponitur.

F I G V R A II.

SI quis in dextra parte frontis sub Iouis linea neuum non eam tangentem tenebit nec martialem, uti secunda præscribit figura, similem in dextro gestabit latere, qui bonam homini in coniugijs fortunam indicat, vitamq; longam, ac in cunctis eximijs rebus esse secundum mulierem verò præstantissimi ingenij; in acquirendis opibus fortunatam,

ac

ac etiam in contrahendis matrimonij, & bona quoque inopinata possidendo . neuus hic & Veneris , & Martis natura cigno astruitur stellæ secundæ magn.

FIGURA III.

Quem in dextra frontis parte sub Martis linea neuio natura signauerit , sicut in tertia videtur figura , consimili indextro armo illum ornabit, & à proprijs propinquis hæreditate donabit, ac in coaceruandis diuitijs, fortunæq; bonis, commoda sorte. mulieri, causa mariti, bona, cum fortuna optima pollicetur ; hic neuus est natura Iouis , Venerisq; , & cum flumine aggregatur, primæ magn. stella .

FIGURA IV.

Si neuus sub solis linea fuerit positus ex dextra parte frontis alicuius , sicuti in quarta inspicitur figura, retro in dorso alias aderit, qui hæreditatem, ac bona homini causa feudorum, & territorij spondet , & mulieri similiter hæreditatem ex mortuis, ac fortunæ bonorum affluentiam ; neuus hic est natura Iouis , & Martis, & regulo , siue cordi leonis addicitur, primæ magn. stellæ.

FI-

FIGVRAS.

IN cuiuspiam frontis parte dextra sub Veneris linea neuus cum insurrexerit, veluti quinta prædocet figura, insurget, & alter index dextera parte ventris, ac bonum homini cōmunicabit ingeniu, & ex amicis opes, & summatim à dominis externis, licet crapulatorem, atque libidinosum illum fore minitet mulieri, bona; sed breuem vitam, & inimicorum persecutionem; neuus hic est natura Saturni, & Veneris; Cassiopeæ iungitur stellæ tertiaz magn.

FIGVRAS.

CVm quempiam sub Mercurij liuea in dextera frontis parte neuus decorauerit, veluti 6. dicit figura, aliis dexteram decorabit mammillam, & honoribus, ac dignitatibus effteret illum, mulierem verò ingenio, commodauè fortuna, nec vnquam pauperem. Hisce neuus Mercurij, & Louis est natura, capræ æquatur stellæ primæ magn.



b

Qui

FIGVRA VII.

QVi neuo in dextera frōtis sub Lunæ linea potitus fuerit, ceū 7. edicit figura, alio in vmbelico quoque potietur, qui in negotijs, & mercaturis præcipue bonam homini prædictit fortunam, officia, atque dignitates, attamen crapulatorem, ac satis fore luxuriosum. Mulierē in matrimonij, & extra magis quam in patria secundam facit. Hic neuus est Iouis, & Martis natura, canis major dictus, stella primæ magn.

De neuis ex parte sinistra frontis. C.

FIGVRA VIII.

SI in alicuius sinistra frontis sub Saturni linea, neuus iacuerit, quemadmodum in 8. iacet figura, in sinistro tergo iacebit, & alter, litigia, homini, vexationes, inimicosque propriæ causa rei protendens, carceres quoq; angustias, ac similia. Mulieri autem acerbitates, duosq; maritos. Hic neuus Sarurni est, Iouis, ac Mercurij natura, Capricorni cauda vocatus, tertiaz magn. stella.

Cum

FIGURA IX.

Cum in cuiuspiam sinistra frontis, sub Iouis linea neuus reſederit, ut in 9. reſidet figura, in sinistra ſtomachi aliis reſidebit, qui & hominem varijs dedecorabit malefactis, fortuna ſpoliabit, breuiq; vita conſtituet, mulierem etiam impudicam, & parum caſtam, volubilem tamen, & in ſuis actionibus inconstantē; hic neuus eſt natura Veneris, & Martis, cigni caudæ affirmatur, ſtellæ ſecundæ magn.

FIGURA X.

Cvicunque neuus exiliuerit, in finistra parte frontis ſub linea Martis, uti in 10. exilit figura, aliis idem exiliat in armo ſinistro, & diuturnam homini ægritudinem minitatur, iacula, atque calamitates. Mulieri morbum gallicum, & à proprijs vulnerandæ propinquis. Hic neuus eſt natura saturni, & ciudam ſtelle in ventre ceti signatę tertię magn. affimilatur.



FIGVRA XI.

CVm in sinistra parte frontis sub Solis linea, neuus alicui prodierit, sicut 11. prodit figura, in sinistra parte pectoris prodiet quoque aliis, variis diuersasq; homini sponsens afflictiones, ac in cunctis actionibus suis in fortunia, & postremò miserè secedere vita. Mulieri infelicitates, atque miserias. Martis, & Lunæ hic neuus est natura, præsepis nubilosæ tertiaz magn. stellæ vniiformatur.

FIGVRA XII.

NAscens neuus in sinistra frontis aliquius, sub Veneris linea, sicuti in 12. speculatur figura ex sinistra humeri parte alter nascetur, qui hominem culpabit infamia, & summatim causa mulierum, ac etiam cum eisdē, & amicis fortuna nudatum. Mulierem verò haud bona esse natura, in iuuentute scortum, & maturis annis lēnam. Is neuus est Martis Lunęq; natura, pleiadibus primaz magn. stellis fertur.



FIGVRA XIII.

Quemcunque in sinistra frontis sub Mercurij linea nevus concutiet, ut in 13. dignoscitur figura, sinistrum latus concutiet; alter, & hominem in cunctis facit operationibus infelicem, inopem, ac varijs refertum fallacijs. Mulierem dein callidam, sed in honore periculosam, satisq; verbosam. Nevus hic est natura Martis, & Mercurij, orionis humero, stellæ secundæ magn. innixus.

FIGVRA XIV.

